HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 38r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



semitonijs / nulla prorsus consonantiarum proportio ha-
beretur. nec neumarum armonijs humane au-
res dulcibus fouerentur. Tritonus igitur a conso-
nantiarum mudulamine est se iunctus quia et
semitoniorum consortio est priuatus:

De unico ordine tritoni:

Uno tantum ordine tritonus est inuentus /
constans ut predicatur ex tonorum trium siue
semitonio ~~ex~~ connexione. qui cum de pluribus diffe-
rentibus numero non predicetur / species nuncupari non ~~post~~
potest quarum ordinem vocum ab ♯ primo ad ♮ quadrum se-
cundum reperimus. Et ab ♯ secundo ad ♮ tertium. quas
litteras grece dicimus a paripatemesorum ad paramese /
et a tritehiperboleorum ad nuncupatum ♮ cuius locum litte-
re grece non occupant. Iterum ex b mollis additamento
ab ipso b primo ad e. secundum grece netediezeumenorum et
tritonum possumus inuenire / ut inferius demostratur.
Dicitur tritonus a tris quod est tres ꝗ tonus / quia ex
tribus est compositus tonis. Alijs in locis in manu reperi-
ri non potest ut superius patet. Proportionem
eius tritoni que in proportione super 217 pertinente 512
consistit / que ex tribus agregatis sexquioctauis propor-